



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Corpus Doctrinae Christianae

Melanchthon, Philipp

Lipsiae, 1572

VD16 M 2890

Cvm Igitvr Lex Moralis Non possit deleri, quis est eius vsus?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36094**

QVARE LEGES CEREMONIALES & Forenses prorsus omitti possunt?

RESPONDEO. Quia tantum promulgatae sunt, ut durarent ad certum tempus, donec mensura erat politia Mosaica, quae constituta est hoc consilio, ut esset certus locus & certa stirps, in qua nasceretur, crederet, ederet testimonia, offerret sacrificium, & resuscitaretur Messias. Et hanc gentem voluit Deus conspici, & segregari ab alijs gentibus. Ideo attribuit ei certos ritus. Praedixit autem Deus postea eam posteram interituram esse. Ac anni sunt ab exitu Israelitarum ex Aegypto, usque ad destructionem postremam Ierosolymae 1582. Ac simul cum politia Mosaica extinctae sunt leges ceremoniales & iudiciales, quia haec ipsa fuerunt nervi huius politiae, seu potius ipsa politia, ac nequaquam obligant alias gentes, ut ex actis Apostolorum Capite 17. & Epistola ad Galatas manifestum est.

CVM IGITVR LEX MORALIS NON possit deleri, quis est eius vsus?

TRES sunt vsus. Primus est paedagogicus seu politicus, ad omnes homines pertinens, etiam non renatos & Ethnicos, quod videlicet obligat omnes, ut regant externa membra seu locomociam, ut externa facta congruant cum lege Morali, & sancit poenas etiam corporales in hac vita, aduersus eos, qui admittunt externa delicta, quas Deus vel per magistratus, vel alijs modis sumit de fontibus. De hoc videtur: Lex est posita iniustis, id est, premens eos, coercens vel puniens ac destruens contumaces. Huc pertinent haec regulae: Qui gladium acceperit, gladio peribit. Scortatores & adulteros indicabit Deus. Vt qui spoliatis, quia spoliaberis. Quibus dictis confirmatur regula: Atrociter delicta puniuntur atrocibus poenis in hac vita, quia Deus est iustus suae iustitiae seu legis. Etiam in vita politica vult seruari normam suae iustitiae, & non seruantes horribiliter destruit. Id exempla quotidiana ostendunt. Sunt igitur & ex doctrina primorum patrum, & ex experientia traditae sententiae legales, etiam apud Ethnicos.

Cernit Deus omnia vindex.

Ὅλα τὰ αἰῶνος ἔξουσι, τοσοῦτον τέλος αὐτοῦ ἰκανῶς. Et similes ἰσχυρῶς (numerabiles) ἐν τῷ αἰῶνι ἡννοσῶν φρένες ὠκύντεροι κέρδι' αἰνήσου πρό δίκης δόλιον, τσαχῆσαν ἐρπόντων πρὸς ἐπίθε' ἀρδ' ὄμω.

ITEM:

Βίβαιον ἔξουσι τῶν βίον δ' ἰκανῶς ὄμω.

Et quia talis est praesentia Dei in toto genere humano scelerata punit.

puniens, ideo Aristoteles inquit, in his versibus Empedoclis descriptum esse ius naturæ, in quibus dicitur, primū ius, id est, ordinem diuinam, seu Deum ipsum ordinantē, & vindicem adesse in tota natura,

ἅλλα τὸ μὲν πρῶτον νόμιμον δ' ἰὰ τὸ ἐνυμείωσ' ὄντι,  
αἰθέρι' ἠνεκέως τέτατα καὶ ἡγ' ἀπλήρη ἀγῆς.

SECUNDVS vsus legis est iudicium vniuersale, acculens omnia peccata in hominibus, interiora, & exteriora, & totam deprauationem, iuxta dicta: Deus est ignis consumens. Item: Victorius mundus reus sit Deo. Item: Per legem cognitio peccati. Item: Aculer mortis peccatum est potentia peccati lex est. Huius iudicij in correctione aliqua iniuria sentiri oportet, vbi discimus, Lege non iustificari homines, sed accusari, iuxta dictum: Lex iram elicit. TERTIUS vsus est in renatis, docere qui cultus placeant Deo: quæ humana ratio scit aliquo modo discrimen honestorum & turpium, præmen necesse est habere testimonium Dei expressum, quæ opera ipsi placeant, iuxta dictum Ezechielis 20. In præceptis meis ambulato. Item in Psal. Lucerna pedibus meis verbum tuum. Nec cessat in tota æternitate hic ordo, ut creatura rationalis sit subiecta Deo æterni, & sit ei conformis. Item semper in renatis in hac vita crescere patientiam oportet, ideo semper arguit lex reliquias peccati. Quare semper in Ecclesia Deus conseruauit & repetiuit vocem legis, & simul docuit in Euangelio, quomodo placeat incoata obedientia. Est autem singulare testimonium, ostendens solius Ecclesie doctrinam veram & diuinam esse, & solam Ecclesiam esse cœtum Deo placentem, quod tantum in ea semper mansit & manet incorrupta vox legis, quia vult Deus in Ecclesia restare iudicium aduersus peccata, deinde & doctrinam, quæ opera ei placeant: Item, ideo renouamur, ut in tota æternitate sit in nobis conformitas cum Deo, sicut in lege moralis describitur, vt Roma. 8. dicitur, ut ius legis in nobis impleatur. Ex his omnibus intelligi potest, quare dictum sit: Non veni soluere legem, sed implere. Sicut in tota æternitate manet eadem & immutabilis sapientia & restitudo voluntatis in Deo, sic manet lex Moralis, quæ nobis patefacta est, vt sciamus, quod sit Deus, & qualis sit. Implet autem Christus legem quatuor modis. Primum, Sua propria obedientia. Secundo, Deriuando in se pœnam. Tertio, Restituendo in nobis iusticiam & vitam æternam. Quarto, Sanciendo, sicut dicit: Non veni soluere legem, &c.

## DE PECCATO.

QVID EST PECCATVM?

Definitio breuis extat in epistola Iohannis: Peccatum est quicquid non est iuxta regulam quæ audita est a Patre & Filio, &c.